Junioribus Britannicarum Scholarum Academicis,

SALVERE & CRESCERE.

ETsi non dubitem validioribus & magis opportunis auxiliis obviam itum esse exitiali illi Pyrrhonicæ contagio, quod nova audere non ita pridem occæpit, tamen, quia nihil publici cauterii adactum ad ulcus Glanvillanum *jam biennio integro æstuosum audiveram, visum est silentibus potioribus ad meam infirmitatem devolutum esse onus, iniquitatem indisciplinatæ illius calumniæ Universo Philo-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 119, [7] - 1
PUBLIC DOMAIN